

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Mendacium d (2)  
cum fontibus proximo et primo

*Unde idem Augustinus in  
Enchiridion:...*

In quibus rebus nichil interest  
ad capescendum regnum Dei, utrum  
credatur an non, an utrum  
uera putentur an falsa.  
In hiis errare et aliud pro alio putare,  
non est arbitrandum esse peccatum, aut  
si est, minimum est atque leuissimum.

Augustinus in encheridion.

In quibus rebus nichil interest  
ad capessendum regnum Dei, utrum  
credantur, an non, et utrum  
uera putentur, an falsa;  
in his errare, id est aliud pro alio putare,  
non est arbitrandum esse peccatum, aut  
si est, minimum esse atque leuissimum.

Gratianus, *Decretum*, 2.22.2.6 (*Corpus  
iuris canonici* 1, A. Friedberg ed.,  
col.868-9).

In quibus autem rebus nihil interest  
ad capessendum dei regnum utrum  
credantur an non, uel utrum  
uera siue sint siue putentur, an falsa,  
in his errare, id est aliud pro alio putare,  
non arbitrandum est esse peccatum, aut  
si est, minimum esse atque leuissimum.

Augustinus Hipponensis, *Enchiridion  
ad Laurentium de fide et spe et caritate*,  
7.21 (CCSL 46, M. Evans ed., p.61,  
ll.43-47).